

CCXXXI.

Confirmatio Brevis Urbani VIII. confirmatorii aliorum a Pio II., Julio II., & Sixto V. editorum nonnulla Privilegia, & Indulta Communitati, & Hominibus Civitatis Beneventan. concessa continentium, præsertim, quod primæ, & secundæ Instantiæ causarum temporalium, vel Civilium extra dictam Civitatem cognosci non possint.

CLEMENS PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præsentium.

Paterna, quam de nostris & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam quoad temporalia Subditis gerimus, cura nos urget, atque impellit, ut eorum commodis jugi vigilantia studentes, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro Civitatibus, Oppidis, & Terris temporalis ejusdem S. R. E. Ditionis in pacis amantate conservandis benigne, sapienterque concessa, & ordinata esse noscuntur, quo parenti firmitate subsistant, Apostolici muniminis nostri patrocinio constabiliamus.

Concessum ab Urbano Privilegium.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus PP. VIII. Prædecessor noster omnia, & singula statuta dilectorum filiorum Communitatis, & Hominum Civitatis nostræ, tunc suæ Beneventan., necnon, quæcumque Privilegia, & Indulta eidem Communitati, & Hominibus per alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros tunc suos, & eorum quemlibet quomodolibet concessa, confirmata, & innovata præsertim a fe. re. Pio II., & Sixto V., qui etiam, ut ad unguem observarentur statuit, & perpetuo ordinavit, Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, tunc suis, approbavit, & confirmavit, & ut in Bannimentis generalibus circa Statum Ecclesiasticum editis, & edendis, Civitas Beneventana prædicta non censeretur comprehensa, nisi expresse nominata fuisset, concessit, & indulgit, & alias prout uberius continetur in ipsius Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die prima Julii 1634. expeditis tenoris qui sequitur videlicet:

Tenor Brevis Urbani.

§.2. Urbanus PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Sincere fidei, & devotionis affectus, quo dilecti filii Communitas, & Homines Civitatis nostræ Beneventanæ nos, & Romanam prosequuntur Ecclesiam, promeretur, ut eorum votis quantum cum Domino possumus annuentes, specialibus eos in dies favoribus, & gratiis prosequamur. Alias siquidem fel. rec. Pius Papa II. Prædecessor noster, Civibus, & Incolis, & Habitatoribus Civitatis præfate, ne in quibuscumque causis temporalibus, seu civilibus in primis, & post deputatum Judicem appellationis secundis instantiis per quoscumque extra Civitatem prædictam, quavis auctoritate, vel occasione trahi, seu conveniri possint, & si forte traherentur, vel convenirentur ipsi se trahentibus, seu quomodolibet

convenientibus extra Civitatem ipsam de justitia respondere minime tenerentur concessit, & subinde Julius PP. II. etiam Prædecessor noster concessionem prædictam, approbavit, quodque ut prima, & secunda instantia causarum prædictarum non alibi quem in dicta Civitate cognosci deberent, de novo concessit. Sixtus vero PP. V. Prædecessor noster statuit, & ordinavit, quod statuta dictæ Civitatis tam civilia, quam criminalia a dilectis filiis Camera Apostolica Generali, & Procuratore Fiscali per eundem deputatis revisa, reformata, & subscripta in posterum præsertim a Governatore, & aliis Officialibus in eadem Civitate pro tempore existentibus ad unguem observarentur, sicuti per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decrevit. Præsertim quia dicti Communitas, & Homines in Sedis Apostolicæ, & Camera prædictarum necessitatibus summam scutorum duodecim millium de julii decem pro scuto solverunt, eis concessit, quod futuris temporibus, in quibus de jure, vel alias veniant confiscanda bona; per Fiscum non possent capi, nisi vigesima bonorum omnium, exceptis tamen criminalibus hæresis, læsæ Majestatis, falsæ monete, & latrocinii ad viam publicam, prout in Sixti V., ac Pii II., & Julii etiam II. Prædecessorum prædictorum literis desuper expeditis plenius continetur. Cum autem sicut dicti Communitas, & Homines nobis nuper exponi fecerunt, ipsi concessionem Pii, & Julii, necnon statutum, & ordinationem Sixti Prædecessorum hujusmodi, ac ipsius Communitatis privilegia, & statuta, Apostolicæ nostræ Confirmationis robore communiri, & præsertim per Nos, ut infra indulgeri summopere desiderent. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, re prius diligenter, & mature de mandato nostro discussa, hujusmodi supplicationibus inclinatis, omnia, & singula statuta Civitatis prædictæ necnon omnia, & singula privilegia, & indulta eidem exponentibus per Prædecessores nostros, & eorum quemlibet quomodolibet concessa, & confirmata, & innovata, illorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, quatenus illa in viridi sint observantia, & decretis Concilii Tridentini, Constitutionibusque Apostolicis non

non repugnent, necnon statutum, & ordinationem, ac concessionem Sixti prædictam, necnon aliam Pii II., & Julii etiam II. Prædecessorum, concessionem prædictam, qua conceditur, quod primæ, & secundæ instantiæ Causarum temporalium, vel civilium extra dictam Civitatem cognosci non possent, etiam cum hoc, ut tunc inhibitiones obtentæ a quibuscumque Almæ Urbis Judicibus, & Causarum Curie, Camera Apostolicæ Auditores, ac Sacri Palatii, Causarum Auditoribus non efficiant, Judicisque Civitatis Beneventanæ inhibitionibus Judicum Urbis, & dictorum Curie Camera Apostolicæ, ac dictorum Curie Auditorum parere non teneantur, neque censuris, & pœnis in ipsis inhibitionibus comminatis, vel inflictis affici, vel aliquo modo adstringi, vel alias ne in causis coram ipsis pendentes procedant, impediri, vel remorari possint, nisi commissiones effent signatæ Manu Nostra, vel Romani Pontificis pro tempore existentis Apostolicæ auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus si qui desuper intervenerint, supplemus: necnon eidem Communitati, & Hominibus in dictis casibus, in quibus vigesima dumtaxat pars bonorum confiscan. erit, quod data cautione idonea ad favorem Fisci pro vigesima parte hujusmodi, quæ ad eum in eventum condemnationis rei spectaret bona descripta, & inventariata in Domo ejusdem rei per Fiscum relinqui debeant. Quo vero ad cautiones de non offendendo, ad quas Parentes, & Consanguinei, & affines delinquent. usque ad quartum gradum adstringuntur, quod illi Consanguinei, & affines, qui exceptionis de jure sibi ad dictas cautiones excluden. competere adduxerint ad ipsas cautiones præstandum adstringi non possint, nisi prout de jure. Denique quod in bannimentis generalibus circa Statum Ecclesiasticum, dicta Communitas non censeatur comprehensa, nisi expresse fuerit nominata, Apostolica auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, dictisque exponentibus plenissime suffragari, sicut per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis Bannimentis, & Edictis, generalibus hujusmodi, omnibusque illis, quæ in dictis literis prædictorum nostrorum Prædecessorum concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Julii 1634. Pontificatus Nostri Anno XI. M. A. Maraldus.

Communitas Beneventanæ eadem Privilegia confirmata.

§.3. Cum autem, sicut pro parte dictorum Hominum, & Communitatis nobis nuper expositum fuit, ipsi præmissa quo

firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ robore, communiri summopere desiderent.

§.4. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, præsertim Urbani Prædecessoris literas, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adicimus, & ut statuta hujusmodi ad unguem quo ad hanc partem in omnibus observentur, statuimus, & perpetuo ordinamus; necnon perpetuis futuris temporibus moderno, & pro tempore existentibus dictæ Civitatis Gubernatoribus, dicta auctoritate per presentes præcipimus, & mandamus, ut Bannimenta prædicta, ac quascumque alias ordinationes, & Constitutiones generales per Statum nostrum Ecclesiasticum hæctenus edita, & publicata, seu in posterum edenda, & publicanda in Civitate hujusmodi publicari nequeant, minufque illa, & illas debita executioni mandari curent, & faciant, nisi eisdem Bannimentis, Ordinationibus, & Constitutionibus expresse Civitas prædicta Beneventana monita fuerit, ac de illorum observantia, & publicatione in dicta Civitate expressa fiat mentio, seu iisdem Gubernatoribus, Officialibus, & Ministris, aliisque quibuscumque de observantia, & publicatione prædictis per peculiare mandatum nostrum, & Romani Pontificis pro tempore existentis notificetur, itaut quæcumque hujusmodi in contrarium hujus nostræ declarationis, & sanctionis hæctenus proposita, publicata, & mandata, sive in posterum proponenda, publicanda, & mandanda a quibuscumque quavis auctoritate præterquam quod præmissum est, omnia, & singula nullius roboris, ac momenti, irrita, ac nulla, & tanquam non proposita, publicata, & mandata esse, & fore intelligantur.

§.5. Decernentes easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque, spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicut in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus nostræ, & Clementis

Annuit Pontifex.

Præsentium Literarum firmitas.

Derogatio contrariorum.

mentis Prædecessoris, aliique Constitutio-
nibus, & Ordinationibus apostolicis, nec-
non omnibus, & singulis illis, quæ in dictis
Urbani Prædecessoris literis concessa sunt
non obstat, ceterisque contrariis quibus-
cumque.
Datum Romæ apud S. Mariam Major-
rem sub Annulo Piscat. die 3. Maii 1738.
Pont. nostri Anno VIII.

CCXXXII.

Confirmatio duorum Brevium Benedi-
cti XIII. necnon nonnullarum Con-
ventionum inter Provincias Galliarum, & Ro-
manæ Congregationis Clericorum Secu-
larium Doctrinæ Christianæ init.

CLEMENS PP. XII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto nobis cœlitus Apostolica
servitutis munere, illa, quæ a Roma-
næ Pontificibus Prædecessoribus nostris
pro felici, prosperoque Christianorum
divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo
mancipatorum statu conservando, illorum-
que Religiosa quiete firmiter stabilien-
da, provideque emanasse noscuntur, ut
solidiori robore petent, Apostolici mu-
nimentis nostri præsidio, cum id a nobis pe-
titur, libenter constabilimus.

§. 1. Emanavit nuper a Congregatione
particulari nonnullorum Venerabilium Fra-
trum nostrorum S. R. E. Card., nempe Fran-
cisci Barberini, Georgii Spinulæ, Leandri
Portiæ, Antonii Xaverii Gentili in locum
bo. me. Curtii dum vixit ejusdem S. R. E.
Cardinalis Orighi nuncupati, subrogati,
ac Joannis Antonii Gaudagni, necnon Ven.
Fratris Nicolai Xaverii Archiepiscopi At-
henarum, uti Secretarii cum voto pariter,
in locum Ven. itidem Fratris Petri Aloysii
Episcopi Gippone, Secretarii in causa in-
ter dilectos filios Clericos Seculares Con-
gregationis Doctrinæ Christianæ Avenio-
nenis Provincie Romanæ ex una, & Pro-
vinciarum Galliarum ex altera partibus ver-
tente a nobis deputata, auditis partibus
verbo, & scripto informantibus in secunda
causâ hujusmodi propositione rescriptum:
ad mentem; Mens est, ut nobis consule-
retur pro confirmatione quarundam lite-
rarum se. re. Benedicti PP. XIII. Præde-
cessoris nostri desuper in simili forma Bre-
vis super unione, & incorporatione prædi-
ctæ Congregationis Doctrinæ Christianæ Re-
gni Neapolis alteri Congregationi hujus-
modi Avenionens. sub 28. Septembris 1725.
& 16. Junii respective diebus datis anno-
rum 1727. editarum, quarum tenore præ-
sentibus pro expressis, & insertis haberi
voluit, plenius continetur, ac pro appro-
batione Conventionum datarum a prædi-
ctis Provinciis Galliarum in sexdecim Capitulis
comprehensarum ab omnibus Clericis Sæ-
cularibus de Provincia Romana subscripta-
rum, prout in eorumdem Clericorum Sæ-
cularium utriusque Congregationis nomi-
ne supplici libello nobis alias porrectis te-
noris sequentis videlicet:

§. 2. Beatissime Pater. Exponunt San-
ctitati vestræ Hiacythus de Benoit Pro-
curator Generalis Congregationis Cleri-
corum Sæcularium Doctrinæ Christianæ in
Gallia, & Cajetanus Cioffi Congregationis
Doctrinæ Christianæ in Neapolis Regno
consistentis, quam Præpositus Generalis, &
tunc Procurator electus Provincie Romanæ
seu Neapolitanæ itidem Doctrinæ Christi-
anæ, quod se. rec. Benedictus XIII. Præ-
decessor vester eidem Congregationi per
litteras Apostolicas in forma Brevis die 28.
Septembris 1725. Congregationem Cleri-
corum pariter Sæcularium Doctrinæ Chri-
stianæ in Regno Neapolis consistentem,
univit, & incorporavit, ut autem in Pon-
tificatu vestro nostrum decus huic unioni
accedat, majorque firmitas, humillime
deprecantur Sanctitatem vestram iidem
Oratores, ut eam pro sua benignitate di-
gnetur novo Brevis confirmare, sanando in
primis, quod in ea infirmum esse potest
speciatim ex parte consensu Congregatio-
nis Gallicanæ, in qua posthac unanimi vo-
ce illarum consensum dedit in duobus ulti-
mis Capitulis generalibus Lutetiæ Parisio-
rum celebratis, simulque approbando, &
Apostolica auctoritate confirmando ejus-
modi unionis conditiones sequentes, qua
in eisdem Capitulis statutæ sunt de consen-
su Concilii Provincialis, Rectorum, &
Domorum omnium, seu Collegiorum qui-
bus constat Provincia Romana per ipsam
unionem erecta,

CAPITULA

§. 3. I. Congregatio Clericorum Sæ-
cularium Doctrinæ Christianæ, quæ in Re-
gno Neapolis consistit, Congregationi
Clericorum similiter Sæcularium Doctrinæ
Christianæ in Gallia perpetuo manebit uni-
ta, & incorporata, itaut ex nunc, & in-
posterum unica sit ex duabus, unumque
corpus, quod simpliciter Congregatio Do-
ctrinæ Christianæ nuncupetur, Venerabi-
lem virum Cæsarem de Bus Fundatorem,
& Parentem agnoscat, & Constitutiones
dictæ Congregationis in Gallia consistentis
observet.

II. Provincia Romana per unionem
istam erecta composita manebit & sex Do-
mibus, quibus tota constabat Neapolitana
Congregatio, nempe Collegiis Neapolis,
Laureti, Laureani, Sorbi, S. Joannis in
Galdo, atque Casertæ, & octo Domibus
in Italia ad Congregationem Gallicanam
pertinentibus, & a Provincia Avenionen-
si, ac Collegiis Civitatis Vetulæ, Ronci-
lionis, S. Martini, Ferentilli, Sospitelli,
& Ipporegiæ, quæ quidem a Provincia
Avenionensi manebit in perpetuum dis-
membrata ac dictæ Provincie Romanæ at-
tributa, sicuti, & Domus, seu Collegium
Romæ nuper erectum.

III. Provincia Romana ad evitanda
tot longorum itinerum incommoda, & pec-
ricula, & ne totius Congregationis expen-
sas pro æquali parte sustinere cogatur, ne-
minem mittet ad Capitulum generale,
nec

Partes Papæ
eidem suppli-
cant pro con-
firmatione
Capitulum
init. Con-
vencionis.

nec Assistentem habeat apud Generalem,
nullumque Officiale in Definitorio gene-
rali, derogando quibuscumque contrariis,
quibus omnibus, & singulis eadem Roma-
na Provincia sponte, & libenter renunciat
in perpetuum.

Per Generalem
v. h. d. f. s.
xennio.

Penes quos
ejusdem gub-
ernium esse
debet.

De Capitulis
Provincialibus,
& elec-
tione Superi-
orum in eis
peragendis.

Vocales Ca-
pituli Provin-
cialis.

Præter quos-
dam.

carius Generalis retroproximus, si adit,
istoque, vel absente, vel infirmo Assistens.

IX. Si quem ex Definitorio præsentis vo-
calibus abesse contigerit, deque gravi ne-
gotio agendum sit, alium in absentis locum
sufficienter superstitis Definitorii Vocales.

X. Si vero aliquis ex dicto Definitorio
vocalis, aut aliquis Rector, aut Provincia-
lis, aut aliquis ejus Consiliarius obierit,
aut quocumque modo defecerit, unum ex
tribus a Concilio Provinciali extraordina-
rio nominatis in demortui, vel quocum-
que modo deficientis locum eligent super-
stitis Definitorii vocales, ita tamen, ut
in hoc casu semper sit quinquarius eligen-
tium numerus, quem per electionem com-
plebunt Vocales prædicti.

XI. Dispensatio a votis dari non pote-
rit nisi, vel a Summo Pontifice, aut a
Capitulo Generali Definitorio juxta Breve
Apostolicum Alexandri VII. datum 26.
Septembris 1659.

XII. In reliquis Definitorio Italiae ad
Capitulum, vel Definitorium Generale,
recurere non tenebitur; Nullum tamen
Breve Apostolicum, quod ad universam
Congregationem pertineat, postulare po-
terit, nisi jussu Capituli Generalis, imo
neque aliud spectans ipsam Romanam Pro-
vinciam, nisi approbante ipso Capitulo
generali, aut generali Definitorio.

XIII. Post Brevis impetrationem con-
veniet Præpositus Provincialis cum suis
Consiliariis Ordinariis, Reverendo Patre
Cajetano Cioffi nuper Vicario Generali,
tribusque Rectoribus Romanæ Provincie
per eos assumendis, a quibus septem Con-
gregatis, eligetur Vicarius Generalis cum
suis Definitoribus, duobus scilicet Assi-
stentibus uno Provincia Procureatore, &
uno Italiae Secretario. Ita autem electio-
nes a Reverendo Patre Generali, ejusque
Definitorio confirmata durabunt usque ad
Provinciale Capitulum, quod immediate
Capitulo Generali proximum fuerit, in
quo Provinciali Capitulo Vicarius Genera-
lis, ac ejus Definitores pro alio sexennio
eligentur.

XIV. Quod si benedicente Domino
alia in Italia aliquando sit erigenda Pro-
vincia, non poterit omnino illud fieri, ni-
si consulto, & approbante Capitulo Gene-
rali, aut si res moram non patiat, ne-
que possit sine detrimento prædicti Capitu-
li tempus expectari consulto, & approban-
te Generali Definitorio cum consensu ta-
men consilii extraordinarii omnium Con-
gregationis Provinciarum, & Generalis
Capituli sequentis confirmatione.

Quo adveniente, ut nova scilicet Pro-
vincia erigatur, ejus Provincialis cum suis
Consiliariis, & Domorum Rectores in Pro-
vincie Romanæ Capitulo eligentur, quod
si tunc Vicarius Generalis, ejusque Defi-
nitores suum sexennium impleverint, alia
fiet electio, & Vicarii Generalis, & unius
Assistentis ex utraque Provincia, & Pro-
curatoris, & Secretarii, quorum alteru-
ter ex nova Provincia desumetur, ut sint
duo pro qualibet Provincia Vocales.

Quid agen-
dum unum ex
Definitorii Vo-
calibus si sit
absens.

Quo pacto
eligendus Vo-
calis loco de-
ficientis.

Dispensatio a
Votis a qui-
bus dari pos-
sit.

Provincia
Romana nul-
lum Breve ad
universam Co-
gregationem
pertinens pos-
tulare potest
inconsulto Ca-
pitulo Gene-
rali.

Officiales eli-
gendi p. s. ob
consensum Brevis
confirmatio-
nis unius, &
electionis &c.

Quid agen-
dum pro ere-
ctione nova
Provincie.

1738. In ea quoque cogenda Capitula Provincialia singulis triennii

XV. Deinceps tertio quoque anno in nova illa Provincia celebrabitur Capitulum Provinciale eodem prorsus modo, quo de Provincia Romana dictum est. Preterea mense Aprili immediate ante Capitulum Generale habebitur in Italia Congregatio seu Conventus loco, & tempore per Vicarium Generalem designatis, in qua Congregatione, seu Conventu vocem habebunt idem Vicarius Generalis eum suis Definitoribus, duoque Provinciales cum uno a qualibet Provincia Discreto, qui simul Vicarium Generalem, & Definitores eligent, & ea tractabunt, quae ad bonum Italarum Provinciarum gubernium pertinere dignoscitur, quae praedicta electiones, & acta Congregationis a Capitulo Generali, vel Definitorio Generali confirmabuntur.

Quid agendum quoque pro erectione Tertiae Provinciae.

XVI. Si autem decursu temporis Provincia tertia erigatur de consensu Capituli, vel Definitorii Generalis, ut supra dictum est, in dicta Congregatione mense Aprili celebranda, eligetur novae Provinciae Provincialis cum suis Consiliariis, & Italiae Definitorio per electionem adjungetur tertius Assistent, & Fundationum Promotor, itaut in praedicto Italiae Definitorio sint duo pro qualibet Provincia vocales. G. de Benoit Procurator Generalis qui supra.

Eadem Apostolica auctoritate roborata petunt.

§.4. Cum autem, sicut dilecti etiam filii Paulus Guignard Procurator Generalis Congregationis Clericorum Secularium Doctrinae Christianae in Gallia in locum dilecti etiam filii Hiacinti de Benoit susceptus, & Cajetanus Cioffi ad praesens Vicarius Generalis Provinciae Romanae ejusdem Congregationis nobis nuper exponi fecerunt, ipsi praemissa, quo firmiter subsistant, & inviolabiliter serventur, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent.

Annuit Clemens.

§.5. Nos felici Congregationum praedictarum sic unitarum statui, & commo- dis, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes, specialemque eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Congregationis particularis praedictae Cardinalium consilio, praedictas memorati Benedicti Praedecessoris binas literas, ac in eis contentas quaecumque, nec non Conventiones a Provinciis Galliae Congregationis Doctrinae Christianae datas, & a Congregatione huiusmodi Provinciae Romanae subscriptas, ut praefertur; hoc modo: quoad tertium. Possit Provincia Romana praefata mittere ad Capitulum Generale Vicarium Generalem, vel Provinciale, vel Assistentem ejusdem Provinciae Romanae, aut etiam

deputare unum ex Provinciis Galliae praedictae: Quoad quartum Praepositus Generalis semel singulis sexenniis possit visitare Provinciam Romanam per se ipsum, vel per alium Graduatam, qui tamen sit de dicta Provincia Romana, haec tamen visitatio durare non possit ultra sex menses. Quoad sextum. Electio Vicarii Generalis, & Consiliarium notificanda erit Praeposito generali. Quoad duodecimum Capitula praefatarum Conventionum nil novum postulari possit ab hac Sancta Sede, quod pertineat vel ad universam Provinciam Romanam, vel ad universam Congregationem Doctrinae Christianae praedictae, nisi certiorato prius illius Praeposito Generali, vel Definitorio Generali, & omnia supradicta servanda erunt, etiam si in Italia novae erigantur Provinciae, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adiciamus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, vel praetendi possit dicta auctoritate sanamus.

Praesentium Literarum firmitas.

§.6. Decernentes pariter ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcussè observari; Sique in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollantur.

§.7. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in memoratis Benedicti Praedecessoris binis literis concessa sunt non obstant, nec non quatenus opus sit dictarum Provinciarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis adhibenda fides.

§.8. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis, seu impresis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae praesentibus ipsis haberetur; si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 9. Aprilis 1738. Pont. nostri Anno Octavo.

Dat. die 9. Aprilis 1738. An. VIII.

Inve-

CCXXXIII.

Inveitura Regni utriusque Sicilia, & Hierusalem pro Serenissimo Carolo Barbone Infante Hispaniarum.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

AD excelsum Pastoralis officii culmen, meritis licet imparibus eo disponente sublevati, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, sicuti curis urgemur assiduis, ut Apostolica sollicitudinis partes ad tutamen, & incrementum Dominici Gregis nobis coelitus commissi, quantum cum Domino postumus, diligentius intendamus, sic etiam rebus, & temporibus ita postulanti- bus, saepe adstringimur ad bona temporalia S. R. E. oculos circumspectionis, & sollicitudinis nostrae dirigere, ut Dominiorum, & Regnorum temporalia jura Sedis Apostolicae sacra semper, & tecta tueamur, & nobis eidemque Sedi debitam dictorum Dominiorum, & Regnorum subiectionem more Praedecessorum nostrorum iusta, & opportuna ratione semper, & perpetuo servare valeamus.

Similis Inveitura a Julio II. data Ferdinando Regi Aragoniae.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Julius Papa II. Praedecessor noster Regnum Sicilia, & Hierusalem cum tota Terra, quae est circa Pharam usque ad confinia Terrarum S. R. E., Civitate nostra tunc sua Beneventana cum ejus Territorio, & pertinentiis dumtaxat excepta, ad jus, & proprietatem ejusdem Ecclesiae pertinet, & tunc ad ipsum Praedecessorem, & dictam Ecclesiam devolutum, quovis modo, & ex quavis causa illud ad eandem Ecclesiam devolutum esset, aut alias ejus dispositio ad praedictum Praedecessorem pertineret, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis clarae mem. Ferdinando Aragoniae, & utriusque Siciliae, ac Hierusalem Regi pro se, suisque in dicto Regno Aragoniae Successoribus, & haeredibus tam masculis, quam foeminis ex eo recta linea descendenti- bus certo tunc expresso modo natis, & nascituris in feudum perpetuum pro annuo censu, & sub diversis conditionibus, modis, formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus etiam tunc expressis, sine tamen praedictio Juris ipsi Ferdinando Regi alias in eodem Regno forsan competentis, cui tunc noluit derogari, de Fratrum suorum Consilio pariter, & assensu, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine concessit, & elargitus fuit, dictam Civitatem Beneventanam cum ejus Territorio, districtu, & pertinentiis per ipsum Praedecessorem, seu Romanum Pontificem distinctis, seu distinguendis cum eorum incolis, prout illam sibi dudum antea praedicta Ecclesia retinuerat, & reservaverat sibi, & Sedi Apostolicae specialiter reservando, prout in ipsius Praedecessoris desuper confectis literis, in quibus idem Praedecessor inter alia voluit, quod dictus Ferdinandus Rex, & sui in dicto Regno Siciliae cum Terra citra

Pharam haeredes, & Successores darent Praedecessori, & Ecclesiae praedictis eorum privilegium aurea Bulla bullatum, in quo proprio juramento faterentur, & recognoscerent expresse Regnum Siciliae, & Hierusalem, & totam eorum Terram, quae est circa Pharam usque ad confinia ejusdem Ecclesiae, excepta Civitate Beneventana praedicta cum Territorio, Districtu, & pertinentiis suis ex sola gratia, & mera liberalitate Sedis, & Praedecessoris praedictorum sibi, suisque haeredibus, & Successoribus fuisse concessum, ac eos recepisse, & tenere Regnum Siciliae, & Terram hujusmodi a Praedecessore, & Ecclesia praedictis sub pactis, modis, & conditionibus tunc, ut praefertur expressis prout in Literis desuper confectis plenius continetur.

Sub eisdem conditionibus a Leone X. concessa Carolo V. adjecta lege consignandi multo delinquentes ad alteram partem confugientes.

§.2. Et deinde pia mem. Leo Papa X. etiam Praedecessor noster Regnum Siciliae cum Terra citra Pharam clarae mem. Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto tunc Romanorum, & Hispaniarum Regi Catholico in Imperatorem electo in feudum eisdem modo, & forma, quibus per praedictum Julium Praedecessorem praedictum Ferdinando Regi concessum fuerat, & sub praedictis, quae tunc per eandem Sedem remissa non appaerent, & certis aliis tunc expressis conditionibus de novo concessit, & de eo etiam ipsum Carolum Imperatorem investivit, & dictus Carolus Imperator per quendam Joannem Emanuelem Aurei Velleris Equitem tunc in humanis agentem, & ipsius Caroli Imperatoris apud Leonem, & Sedem praedictam Oratorem, & Procuratorem specialem promissit, & se, & omnes Regnum ipsum Siciliae vigore illius concessionum ram per Julium, quam per Leonem Praedecessoris hujusmodi factarum pro tempore obtinentes obligavit ad inviolabiliter observandum, & adimplendum omnia in literis Julii Praedecessoris contenta, super quibus de dispensatione, aut illorum remissione per eandem Sedem non constaret, seu appaereret, & solvendum singulis annis in perpetuum Camerae Apostolicae septem mille ducatos auri de Camera in Festo S. Petri ultra solitum censum Parafreni albi pro recognitione veri, & directi Domini ipsius Regni Siciliae, & ad Leonis Praedecessoris, & Camerae praedictorum requisitionem delinquentes in Terris eidem Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis ad dictum Regnum, & illius Civitates, Terras, & loca confugientes capi, & ad Urbem, vel alium locum remitti faciendum sub poenis in literis Julii Praedecessoris hujusmodi contentis, dummodo idem Leo Praedecessor, & Successores sui Romani Pontifices ac praedicta Camera ad ipsius Caroli Imperatoris, & officium suorum requisitionem Delinquentes in Ferris, & locis dicti Regni ad Terras, & loca Ecclesiae confugientes pariter ad eos remitterent, prout in Instramento publico desuper confecto, & in certis ipsius Leonis Praedecessoris literis de verbo ad verbum inserto plenius continetur.

§.3. Ac successive re. me. Julius Pa. H h 2 pa

1738
A Julio III.
data Philippo II. Regi.

pa III. Prædecessor etiam noster prævia renunciatione dicti Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti dictum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharam usque ad confinia Romanæ Ecclesiæ excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & districtu, ut supra inclite me. Philippo II. tunc Angliæ Regi, & Hispaniarum Principi pro se, suisque hæredibus, & Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus Julii, & Leonis comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum auri de Camera, & unius Parasfreni albi solvendo, & sub conditionibus, modis, formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis voluntatibus, & ordinationibus in literis Julii, & concessionis Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quæ per eandem Sedem remissa non apparet similiter concessit, & de eo ipsum Philippum Regem investivit, & dictus Philippus Rex per quondam Ferdinandum Franciscum Avalos de Aquino Marchionem Piscariæ tunc in humanis agentem & ipsius Philippi Regis apud Julium Prædecessorem, & Sedem prædictos Procuratorem specialem obedientiam, homagium, & Juramentum fidelitatis consuetum præstitit, prout in ipsius Julii Prædecessoris literis plenius continetur. Quæ omnia idem Philippus Rex successive per Bullam suam auream sub Datum Bruxellis anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto die prima Octobris manu sua subscriptam approbando, & acceptando concessit, & recognovit.

A Clemens VIII. data Philippo III.

§.4. Postea vero fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster eodem Philippo II. viam universæ carnis ingresso, Regnum ipsum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra prædicta citra Pharam usque ad confinia Terrarum ejusdem Romanæ Ecclesiæ excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, districtu, & pertinentiis per se, seu ejus, & nostris Prædecessores Romanos Pontifices distinctis, ac eorum Incolis, quam sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter retinuit, cl. me. Philippo III. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque hæredibus, & Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, & aliis personis in concessionibus utriusque Julii, & Leonis Prædecessorum hujusmodi comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similium, & unius Parasfreni albi ut præfertur solvendo, & sub conditionibus, modis, formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis utriusque Julii, & concessionis Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quorum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non apparet, præstitit tamen prius eidem Clementi Prædecessori,

& Sedi, & Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Philippi III. Regis per bo. me. Antonium de Cardona, & Corduba Ducem Svevæ, & Sorng, & Vaheng Comitem Labreg, & Palamos Vicecomitem de Ibregar, & ipsius Philippi III. Regis Consanguineum, & Consiliarium apud eundem Clementem Prædecessorem, & Sedem prædictam Oratorem, & Procuratorem, ac mandatarium suum specialem, & per eundem Clementem admittis, obedientiam, atque homagium, ac Juramento fidelitatis sub certa tunc expressa forma pariter concessit, & elargitus fuit, & Regnum ipsum Philippo III. Regi modo, & forma præmissis infeudavit, prout in prædicti Clementis Prædecessoris sub Plumbo sub Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo nono quinto Idus Septembris Pontificatus sui Anno VIII. expeditis literis plenius continetur.

§.5. Subinde autem Defuncto Philippo III., Gregorius XV. Prædecessor etiam noster idem Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra prædicta citra Pharam usque ad confinia Terrarum Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, Districtu, & pertinentiis per se, seu ejus, & nostris Prædecessores Romanos Pontifices distinctis, ac loco Pontis Curvi ejusque Territorio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter retinuit, cl. mem. Philippo IV. etiam Hispaniarum Regi Catholico pro se, suisque Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus utriusque Julii, & Leonis, ac Clementis Prædecessorum hujusmodi comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similium, & unius Parasfreni albi solvendo, ut supra, & sub conditionibus, modis, formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & ordinationibus in literis, dictorum Julii II., & III., ac Clementis, quarum remissionem per Sedem Apostolicam factam fuisse non apparet, præstitit tamen prius eidem Gregorio Prædecessori, & Sedi, & Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Philippi IV. Regis per quon. Franciscum de la Cueva Ducem de Alburquerque apud eum, & Sedem prædictam Oratorem, & Procuratorem, ac mandatarium suum specialem, & per eundem Gregorium admittis obedientiam, atque homagium, & Juramento fidelitatis sub certa tunc expressa forma, concessit, & elargitus fuit ac Regnum hujusmodi prædicto Philippo IV. Regi modo, & forma præmissis infeudavit, prout in prædicti Gregorii XV. Prædecessoris sub Plumbo sub Datum Romæ apud S. Petrum quinto Kalendas Decembris millesimo sexcentesimo vigesimo primo sui Pontificatus Anno I. expeditis literis plenius continetur. Quæ omnia idem Philippus IV. Rex successive per Bullam suam auream sub Datum Matrili quinta

A Greg. XV. concessa Philippo IV.

Novembris millesimo sexcentesimo vigesimo secundo manu sua subscriptam approbando, & ampliando concessit, & recognovit.

Ab Alexandro VII. data Carolo II. Regi.

§.6. Postremo vero dicto Philippo IV. Rege ab humanis exempto piæ memoriae Alexander VII. Prædecessor itidem noster prædictum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharam usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ, excepta prædicta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Districtu, & pertinentiis per se, seu Romanos Pontifices distinctis una cum Terra Pontis Curvi, ejusque Territorio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter reservavit claræ memoriae Carolo II. Hispaniarum Regi Catholico tunc in minori ætate constituto pro se, suisque hæredibus, & Successoribus Aragoniæ Regibus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, ac aliis personis in concessionibus utriusque Julii, Leonis, Clementis, ac Gregorii Prædecessorum hujusmodi comprehensis, & per eos vocatis in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similium, & unius Parasfreni albi, ut præfertur solvendo, & sub conditionibus, modis, & formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, & ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, ac Gregorii, & concessionis Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non apparet, concessit, & elargitus fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, eumque de illo investivit, & dictus Carolus Rex mediante claræ memoriæ Mariannæ ab Austria Regina Hispaniarum ejus matre, Tutrice, atque Gubernatrice per bonæ memoriæ Fridericum dum viveret tituli Sancti Petri ad Vincula Cardinalem Sfortia Procuratorem, & mandatarium suum specialem eidem Alexandro Prædecessori, ac Sedi, & Ecclesiæ prædictis obedientiam, homagium, & Juramentum fidelitatis præstitit, prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis pariter sub plumbo apud S. Mariam Majorem Anno Incarnat. Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, decimotertio Kalen. Junii Pontificatus sui Anno duodecimo emanatis uberius continetur. Quæ omnia idem Carolus II. Rex postmodum tam per suam Bullam auream sub Dat. Matrili vigesimo nono Martii millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo a memorata Marianna Regina ejus Matre Tutrice, & Gubernatrice subscriptam, quam per aliam similem Bullam sub Datum pariter Matrili septimo Aprilis millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto propria ipsius Caroli Regis interim majoris, ac sui Juris effecti manu signatam approbando, & ampliando concessit, & recognovit.

Defuncto Carolo II. iustis de causis Clemente XI. abstinuit a concedenda Investitura.

§.7. Anno autem millesimo septingentesimo dicto Carolo II. Rege sine liberis evivis excepto Europa ferme tota inde in partes divisa diuturno bello conflavit, ac se. rec. Clemens Papa XI. Prædecessor etiam

noster iustis, & gravissimis causis adductus ab Infeudatione, atque Investitura dicti Regni Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharam concedenda, tametsi pluries oblato etiam censu prædicto ad id requisitus fuisset, inter sevientis Belli ejusmodi motus superferendum esse duxit, salvis tamen, & illesis remanentibus Juribus sibi, & dictæ Sedi super eodem Regno competentibus, quæ per plura Chirographa propria ejus manu signata, in quibus itidem cautum fuit tempus, & tempora non curere luculenter præservavit.

§.8. Postmodum vero piæ memoriæ Innocentius XIII. pariter Prædecessor noster prædictum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharam usque ad confinia Terrarum ejusdem Ecclesiæ Romanæ, excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & Districtu, & pertinentiis per se, seu Romanos Pontifices distinctis una cum Terra Pontis Curvi, ejusque Territorio, quæ sibi, & eidem Ecclesiæ specialiter reservavit, Charissimo in Christo filio nostro Carolo VI. Hispaniarum Catholico, & Romanorum Regi in Imperatorem electo, qui in eodem Regno Siciliae, & Hierusalem, ac tota Terra citra Pharam successerat, & pacifice possidebat, pro se suisque hæredibus, & Successoribus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentes natis, & nascituris, servata inter ipsos Descendentes prærogativa sexus, ita quod masculi ex masculis omnibus feminis earumque descendentes maribus, & feminis cujuscumque lineæ essent, aut gradus semper præferrentur, in feudum perpetuum pro solito annuo censu septem mille ducatorum similium, & unius Parasfreni albi, ut præfertur solvendo, & ceteroquin in omnibus, & per omnia sub conditionibus, modis, & formis, adiectionibus, promissionibus, clausulis, cautelis, voluntatibus, & Ordinationibus in literis utriusque Julii, Clementis, Gregorii, ac Alexandri, & concessionis Leonis Prædecessorum hujusmodi contentis, quarum remissionem per Sedem prædictam factam fuisse non apparet concessit, & elargitus fuit, ac Regnum ipsum eidem Carolo Regi infeudavit, ipsumque de illo investivit, præstitit tamen prius eidem Innocentio Prædecessori, & Sedi, & Ecclesiæ prædictis nomine ipsius Caroli Regis per bo. me. Michaellem Fridericum dum viveret tituli S. Sabini Cardinalem de Altham Procuratorem, & Mandatarium suum specialem, & per eundem Innocentium admittis obedientiam, atque homagium, & Juramento fidelitatis, prout in ipsius Innocentii literis sub Plumbo apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo secundo quinto Idus Junii Pontificatus sui Anno secundo expeditis plenius continetur. Quæ omnia idem Carolus Rex deinde per Bullam suam auream sub Datum Luxemburgi die vigesima sexta mensis Maii anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo vigesimo tertio manu sua subscriptam approbando,

Innocentius vero XIII. eam dedit Carolo VI. Romano Imperatori.